CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-1-108-04685-5 - Annales Monasterii S. Albani A.D. 1421–1440: A Johanne Amundesham, monacho, ut videtur, conscripti: Volume 1
Edited by Henry Thomas Riley
Excerpt
More information

CHRONICON RERUM GESTARUM IN MONASTERIO SANCTI ALBANI,

REGNANTE HENRICO SEXTO,

(A.D. 1422–1431,)

A QUODAM AUCTORE IGNOTO COMPILATUM.

[MS. HARL. 3775.]

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

Cambridge University Press
978-1-108-04685-5 - Annales Monasterii S. Albani A.D. 1421–1440: A Johanne Amundesham, monacho, ut videtur, conscripti: Volume 1
Edited by Henry Thomas Riley
Excerpt
More information

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-1-108-04685-5 - Annales Monasterii S. Albani A.D. 1421–1440: A Johanne Amundesham, monacho, ut videtur, conscripti: Volume 1
Edited by Henry Thomas Riley
Excerpt
More information

CHRONICON RERUM GESTARUM IN MONASTERIO SANCTI ALBANI,

REGNANTE HENRICO SEXTO, (A.D. 1422–1431,)

A QUODAM AUCTORE IGNOTO COMPILATUM.

[MS. HARL. 3775, fol. 102 a.]

A.D. 1422–3. Conflagrations in St. Alban's.

Anno regni Regis Henrici Quinti decimo et ultimo, fuit domus relictæ [1] Laurentii West cremata in Vigilia Sancti Johannis Baptistæ; et anno sequente, anno regni Regis Henrici Sexti primo, in Sabbato, videlicet, die Sanctorum Johannis et Pauli, combusta fuit domus pandoxatoria Johannis Hale, carpentarii, in Sopwellane.

A.D. 1423. Heavy rain.

Vehemens pluvia a Festo Translationis Sancti Martini, per undecim dies continuos.

Adjustment of the dispute as to the ringing of bells in honour of the Archbishop of Canterbury.

Adventus Archiepiscopi ad Barnet, die Sancti Petri, et [2] suspensione ecclesiæ, et [3] excommunicatione Johannis Frende, ballivi. Tamen Rector et parochialis sacerdos, Dominus Willelmus, comparuerunt coram Johanne Bleburye, Priore, et senioribus Conventus, in sua Capella, in Vigilia Sanctæ Margaretæ, et exposita causa nonpulsationis reverentialium Episcopo [4] Henrico [5] exhibito, quia contra consuetudinem ecclesiæ, tandem convenerunt in hunc modum prædictus Archiepiscopus, Dominus

---

[1] *Lauretii* in MS.
[2] *suspencione* in MS.
[3] Sic in MS., in the ablative.
[4] Henry Chicheley, Archbishop of Canterbury.
[5] Sic in MS.; probably for *exhibitæ*.

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-1-108-04685-5 - Annales Monasterii S. Albani A.D. 1421–1440: A Johanne Amundesham, monacho, ut videtur, conscripti: Volume 1
Edited by Henry Thomas Riley
Excerpt
More information

A.D. 1423. Henricus Chicheley, et Dominus Johannes Whathamstede, Abbas hujus monasterii, ut in omnibus ecclesiis parochialibus per jurisdictionem existentibus exhiberentur eidem et successoribus suis reverentialia pulsationum, quotiens totiens in itinere constitutus equitaverit per easdem,—prout compositio inde confecta testificatur.

Abbot John Whethamstede sets out for the Council of Pavia. Mishap of his servants.

Abbas Johannes W[hethamstede], cum duobus Capellanis, Domino Johanne Hathfelde et Domino Johanne Langeleye, die Sancti Cutberti, anno prælationis suæ tertio, iter versus Concilium Paviæ celebrandum [1] arripuerunt; et in crastino Inventionis Sancti Albani, quinque famuli Abbatis, in Angliam missi, spoliati et incarcerati per prædones juxta Paviam fuere, et litteras et alia bona amiserunt. Medio vero tempore, propter [2] aeris intemperiem, et solis ardorem, idem Abbas in gravem infirmitatem febrium Romæ incurrebat; sed sanctis precibus [3] sui Patroni adjutus convaluit, et ad monasterium suum, die Sancti [4] Matthiæ Apostoli, comitantibus villanis equitibus, et congaudentibus omnibus, cum processione solemni gaudenter receptus est. Quo die nobiliores personæ hujus villæ splendide in aula pransi sunt; et die Lunæ post Epiphaniam Domini, ante dictum festum Sancti [4] Matthiæ Apostoli, venit Dominus Johannes Hatfeld de Curia Romana in Monasterio, expectans Abbatis adventum.

Illness of Abbot John. His return in February 1424. Great feast thereon.

Humphrey, Duke of Gloucester, spends his Christmas at St. Alban's. A.D. 1423.

Anno regni Regis Henrici Sexti secundo, Dominus Humfridus, Dux Gloverniæ, et vice-tenens Angliæ, cum sua uxore Domina Jacoba, Ducissa Holondiæ, et cum trecentis familiaribus, partem de Anglicis, partem de Teutonicis, suum Natale in hoc monasterio tenuere; et idem Dux more regio receptus est processione solemni per Priorem Monasterii, in Vigilia Natalis Domini.

---

[1] *aripuerunt* in MS.

[2] *ayeeris* in MS.

[3] These two words are added in the margin, in probably a somewhat later hand.

[4] *Mathiæ* in MS.

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-1-108-04685-5 - Annales Monasterii S. Albani A.D. 1421–1440: A Johanne Amundesham, monacho, ut videtur, conscripti: Volume 1
Edited by Henry Thomas Riley
Excerpt
More information

Per idem tempus Natalis Domini, cuniculi in Eywod fuerunt per insolentes famulos destructi, et cervi et damæ inhumane occisi et decoriati; pro quo enormi facto unus fuerat in cippis constitutus, et manibus sui domini cum petilione *mattras* capite fractus, atque leporarius ejusdem fuit suspensus. Sic conquievit malus appetitus venationis suorum famulorum, exemplo unius rigide correcti, per timorem et correctionem sui proprii domini.

A.D. 1423. Deer stealing by the Duke's servants; one of them punished by the Duke's own hands.

[1]Anno [2]primo Regis Henrici Sexti, die Veneris infra Nativitatem Beatæ Mariæ Virginis, fuit in hac villa Episcopus Henricus Wyntoniensis.

The Bishop of Winchester at St. Alban's.

Die Sancti Jacobi ante hoc festum Collector Papæ pernoctavit in hoc monasterio; qui attulit secum Bullam sub plumbo conscriptam, cujus tenor sequitur:—

Papal Bull brought by the Pope's Collector.

"Martinus Episcopus, servus servorum Dei, dilecto
" filio, Abbati Monasterii de Sancto Albano, Lincolniensis
" Diœcesis, salutem et Apostolicam benedictionem.—
" Cum, causante præsertim schismate, contra jura et lau-
" dabiles mores antiquos in regno Angliæ introductum
" esse noscatur, ut Ecclesia Romana libertatibus suis
" ac juribus in pluribus uti non possit, quod a jure et
" bonis moribus plurimum absonum est: et juris rationi
" consonum sit, ut ubilibet ipsius jura ac libertates
" integre conserventur illæsa, decetque prælatum, immo
" nedum ex jure dictante, [3]sed ex juramento quo
" Romanæ Ecclesiæ astringitur, necessario sibi incumbit,
" ne incurrat perjurium, ut jura et libertates Ecclesiæ
" Romanæ, omni exceptione abjecta, totis viribus tueatur
" *et cætera.* Datum Romæ, apud Sanctum Petrum,
" Kalendis Martii, Pontificatus nostri anno sexto."

[4]Comes Marchiæ venit ad Monasterium in Festo Undecim Millium Virginum, die Martis, hospitatus in

Offering made to the Shrine by the Earl of March.

[1] These words "*Anno . . . Sexti*" are inserted in the margin, but by the same hand.

[2] An error, apparently, for *secundo*.

[3] *set* in MS.

[4] Edmund Mortimer.

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

Cambridge

Cambridge University Press
978-1-108-04685-5 - Annales Monasterii S. Albani A.D. 1421–1440: A Johanne Amundesham, monacho, ut videtur, conscripti: Volume 1
Edited by Henry Thomas Riley
Excerpt
More information

A.D. 1423.

Ring found in the Refectory.

Monasterio una nocte, et offerens Beato [1] Martyri nobile, et [2] aliud plicans [3] secum deferens; cum annulo cum lapide [4] sapphiro, qui [5] annecteretur feretro præcepit. Et unus [6] annulus, cum lapide [4] sapphiro, casualiter in Refectorio per fratrem W. Britt inventus est; qui feretro connexus est.

Hailstorm, and continuous rain.

Hoc anno grando evenit die Sancti Johannis Baptistæ; pluvia continua ab illo festo, et suffocatio granorum ab Ad Vincula Sancti Petri usque in Vigiliam Sanctæ Luciæ in Decembri. Natale Domini expost serenum.

Wooden cross erected near Marford Bridge, A.D. 1424–5.

[7] Anno regni Regis Henrici Sexti tertio, Willelmus Marforde, tenens Abbatis de Sancto Albano in Parochia de Sandrygg, privatus senectute lumine temporali, fecit fieri unam crucem ligneam citra Marforde Brigg, juxta viam, in dextra parte, tendentem versus Codicotte; quæ crux, cum imagine Sanctæ Mariæ de alabastro, sita est in solo dominii de Sandrugg.

Leave given to cut turf, and erect archery butts, on certain conditions, A.D. 1426.

In anno regni Regis Henrici Sexti quarto, et prælationis Abbatis Johannis quinto, in hebdomade Pentecostes et die Martis, Thomas Heyne [8] petiit ab Abbate, Johanne Wetamsted, turbarias, seu cespites, fodiendas apud Barnet Wode, ita quod vicini commorantes in uno venella de Halywell possent erigere duas metas sagittarias in fundo de Monkdych; quæ hac vice concessæ sunt, ita quod in posterum nec metas erigerent nec turbarias foderent apud Barnattheth sine licentia domini, et voluntate ejus speciali.

Sir John Mortemore, (Mortimer) after attempting to escape from the

In crastino Sancti [9] Matthiæ Apostoli suspensus fuit Dominus Johannes Mortemore, miles, qui fraude subdola de Turri causa recreationis eductus, et, alia vice, proditorie Turrim evadens, in Venella Turris captus atque horri-

[1] *Martiri* in MS.

[2] This word is added at the end of the line, in another hand.

[3] This passage is apparently incomplete; it evidently bears reference to an offering made for a cure.

[4] *saphiro* in MS.

[5] *anecteretur* in MS.

[6] *anulus* in MS.

[7] *Nota de cruce.*—Marginal Note.

[8] *Nota de besselles in Monkdych.*—Marginal Note.

[9] *Mathiæ* in MS.

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-1-108-04685-5 - Annales Monasterii S. Albani A.D. 1421–1440: A Johanne Amundesham, monacho, ut videtur, conscripti: Volume 1
Edited by Henry Thomas Riley
Excerpt
More information

biliter [1] mutilatus, Sabbato tractus, decollatus, et in quatuor partibus corpus divisum fuit; et sic [2] exhalavit spiritum. Ejusdem quoque cadaver apud Hospitale Sancti Johannis Londoniis extat [3] tumulatum, [4] et cor ejusdem apud Fratres Minores.

A.D. 1426. Tower, is taken and executed, (A.D. 1424).

Eodem vero anno, die et nocte Sancti Machuti fuerat magna comminatio venti, plurima ædificia diruens et complanans.

Violent wind.

Anno regni Regis Henrici Sexti quarto, die Sanctorum Johannis et Pauli eclipsis erat solis.

Eclipse of the sun.

Circa Festum Sancti Barnabæ evenit Londonias unus nebulo, fingens se embassiatorem ab Imperatore Domino Regi Henrico Sexto, parvulo, missum, et Baronem de Blakamore, et præcipuum fore medicum totius regni. Hujus autem astutia et dolositate cognita, comprehensus est, et decapitatus, suspensusque et quarterizatus; cujus caput super Turrim Londoniarum super palos figebatur, et ejus corporis quatuor partes per tot portas Londoniarum suspensæ fuerunt, ut talibus falsariis terrorem incuterent.

An impostor, pretending that he is an ambassador from the Emperor, is taken and executed.

In die Sancti Grumbaldi præfectus est in Prioratum de Bynham Dominus Michael Cheyne, hujus monasterii [5] Cellerarius, qui in Capitulo juramentum [6] de novo editum, per eum prius coram Abbate præstito. Contulit Conventui sex solidos octo denarios, prout moris est.

Michael Cheyne made Prior of Bynham.

Adventus Archiepiscopi die Translationis Sancti Martini in hanc villam: qui sigillavit valvas ecclesiæ de Barnett pro pulsatione ibidem non sibi exhibita; sed sigillo amoto per Dominum Johannem Hatfeld, Archidiaconum, lætum vultum Domino Abbati exhibuit, et a pulsatione hic habita [7] liberrime pertransiit.

Offence given to the Archbishop of Canterbury, through non-ringing of the bells at Barnet.

---

[1] *mutulatus* in MS.
[2] *exalavit* in MS.
[3] *timulatum* in MS.
[4] These words, "*et cor . . . . . Minores*," are added in the margin, in a later hand.
[5] *Celerarius* in MS.
[6] *fecit*, or a similar word, seems to be omitted here.
[7] *liberime* in MS.

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-1-108-04685-5 - Annales Monasterii S. Albani A.D. 1421–1440: A Johanne Amundesham, monacho, ut videtur, conscripti: Volume 1
Edited by Henry Thomas Riley
Excerpt
More information

A.D. 1426. Offence accidentally given to Queen Johanna; but satisfaction made for it.

Eodem vero anno, die Sancti [1] Remoni, commotio quædam erat per quemdam tenentem Abbatis in Langeley; per Willelmum Eyle, quia piscatus fuit in stagno separali de Bedefunt, et ejus retia capta fuerunt per Johannem Hatfelde; et exinde [2] scintillavit quædam indignatio a Domina Johanna Regina in Abbatem hujus ecclesiæ. Sed mediatione facta, Abbas convenit ad Reginæ personam et colloquium, et hujus materiæ finem fecerunt plenariam et pacificam.

The Duchess of Holland passes through St. Alban's, ?1425.

In die Exaltationis Sanctæ Crucis, post Vesperas in choro celebratas, equitavit per medium curiæ Abbathiæ Ducissa Holandiæ usque ad Langeleyam, ad Reginam Johannam, cum viginti quatuor equis.

The Duke of Gloucester passes through St. Alban's, ? 1425.

In crastino die Sancti [3] Nicomedis, equitavit per medium curiæ Abbathiæ Dux Gloucestriæ usque Langeleyam, milite Johanne Robessart et decem equitibus cum Duce equitantibus.

Abbot John visits the Cells of the Abbey, ? 1425.

Anno vero eodem, quarto die mensis Septembris, transtulit Abbas hujus ecclesiæ suum iter versus Prioratum de Hatfelde, causa visitationis, Johanne Turk Priore, deinde ad Cellam de Wymundham, Willelmo Boydone Priore, de illa quidem ad Cellam de Bynham, Michaele Cheyne Priore, Roberto Stokys a Prioratu exonerato: qui, per septem [4] hebdomadas ibidem moram trahens, venit per maneria de Nortone et Walden, et usque [5] Tytenangre, post labores ibidem quiescere.

He proceeds to London, to confer with the Bishop of Winchester.

Evolutis interim paucis diebus, Londonias iter suum maturavit, locuturus cum Episcopo Wintonienci, tunc Cancellario hujus regni, pro arduis negotiis hujus monasterii.

The Duke of Glouces-

In crastino Sancti Benedicti, venit de Parliamento Leycestriæ illustris Dux Gloverniæ, Dominus Hum-

---

[1] "*Romani*" is probably meant. March 31, August 9, and October 23, were days dedicated to Saints of this name.

[2] *scintilavit* in MS.

[3] *Nichomedis* in MS.

[4] *ebdomadas* in MS.

[5] *Tytitenangre* in MS.

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-1-108-04685-5 - Annales Monasterii S. Albani A.D. 1421–1440: A Johanne Amundesham, monacho, ut videtur, conscripti: Volume 1
Edited by Henry Thomas Riley
Excerpt
More information

fredus; qui, post processionem a Conventu expletam, iter arripuit nocte eadem ad villam de Barnett. Quo die flamma consumpsit dorsalia in minori camera Abbatis, tempore processionis sibi reverenter in hoc monasterio exhibitæ. A.D. 1426. ter visits St. Alban's. Conflagration there.

Die Sanctæ Agnetis incepit Convocatio cleri in hoc monasterio; in qua erant novem Episcopi, aliique magnates et barones, protelantes dictum consilium per decem dies. Convocation of clergy at St. Alban's.

Parliamentum vero incepit apud Leycetur duodecimo Kalendas Martii, videlicet, primo die Lunæ Quadragesimæ: in quo Henricus, Episcopus Wintoniensis, exoneratus fuit officio Cancellarii, et [1] prorogatum est dictum Parliamentum in diem Lunæ post Festum Sancti Georgii, ibidem finiendum; sed continuavit usque in primum diem mensis Junii. Parliament at Leicester. The Bishop of Winchester discharged from the office of Chancellor.

[2] Episcopus Londoniensis in dicto Parliamento præficitur in Cancellarium, Magister Kempe, Doctor utriusque juris. The Bishop of London made Chancellor.

Johannes Pentyng die Parasceues, quarto Kalendas Aprilis, diem clausit extremum, et legavit Conventui decem [3] solidos pro petancia: et [4] Galfridus Felydene, vicarius Sancti Petri, [5] obiit primo die mensis Aprilis, videlicet, feria secunda [6] hebdomadæ Paschæ. Et eodem die [5] obiit Robertus Maltone, vicarius de Appeltone. Various deaths.

Agnes, famula Johannis Grove, excaturizata in quodam plumbo, [5] obiit die Parasceues. A woman scalded to death.

Die Sancti Yvonis, [7] suspensio Seggewyk, latronis et proditoris. A thief and traitor hanged.

Dux Gloverniæ apud Sanctum Albanum in Monasterio per triduum, cum sua [8] familia, pergens ad Parliamentum Leicestriam. The Duke of Gloucester at St. Alban's.

---

[1] *progatum* in MS.

[2] *Novus Cancellarius.*—Marginal Note.

[3] The *s* has been altered into *l* (pounds), but in a later ink.

[4] *quondam custos Sancti Andreæ.*—Marginal Note.

[5] *obbiit* in MS.

[6] *ebdomadæ* in MS.

[7] *suspencio* in MS.

[8] *famulia* in MS.

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org

CAMBRIDGE

Cambridge University Press
978-1-108-04685-5 - Annales Monasterii S. Albani A.D. 1421–1440: A Johanne Amundesham, monacho, ut videtur, conscripti: Volume 1
Edited by Henry Thomas Riley
Excerpt
More information

A.D. 1426.

The Archbishop of York at St. Alban's. The King knighted. Accident to the son of the Earl of Oxford.

Archiepiscopus Eboracensis apud Sanctum Albanum sexto die mensis Junii, de Parliamento versus Londonias; in quo Rex suscepit ordinem militarem in Vigilia Pentecostes, cum triginta septem tironibus secum [1] balneatis. Et ad dictum tempus equitationis et solatii, filius Comitis [2] Oxoniæ sub equo lapsus fregit suam tibiam, ad gravem mœstitiam omnium dominorum.

Visitation by the Prior of Peterborough. The Bishop of Bath in the town.

Prior Monasterii Sancti Petri de Burgo, cum Cellerario ejusdem monasterii, visitavit istud monasterium in septimo die mensis Junii: qui recesserunt a Monasterio in Translatione Sancti Wlstani. Episcopus Bathoniensis eodem die in villa.

The Abbot at a Chapter at Northampton.

In Vigilia Palmarum venit Abbas Tynemutham; ibi moram trahens usque Festum Petri et Pauli, et apud Capitulum Northamtonæ existens. Plurimæ ordinationes ibidem legebantur in Capitulo Sancti Albani per lecturam [3] R. W.

The Duke and Duchess of Bedford at St. Alban's.

Dux Bedfordiæ, cum sua domina, in Monasterio existens, videlicet, in Passione Sancti Albani:—et ibidem se refecit, cum trecentis personis, sumptibus ejusdem, de officio Cellerarii.

Earthquake.

Terræ motus die Veneris, [4] F littera, ante Festum Michaelis, hora tertia post mediam noctem.

Great drought.

Anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo sexto, siccitas magna in aquis et in fontibus per totum regnum.

Death of the Duke of Exeter, at Grenewych.

Die Lunæ in [5] hebdomade Natalis Domini, videlicet, in crastino Sancti Thomæ Martyris, [6] obiit illustris Dux Dominus Thomas Excestriæ, apud Grenewych; cujus corpus cum summa veneratione fuit delatum, post Epiphaniam Domini, usque ad Sanctum Paulum

---

[1] *balniatis* in MS.

[2] *Oxn* in MS.

[3] *Roberti Ware* is probably meant. His name occurs several times in these pages.

[4] The Dominical Letter is meant.

[5] *ebdomade* in MS.

[6] *obbiit* in MS.

© in this web service Cambridge University Press www.cambridge.org